

Hic quoque dum patrias servaret ab hostibus  
 (44) ades,  
 Sospite matre sibi confociante domo.  
 Protinus heu pagum nimio vallante tumultu  
 Rotinicum (45) Mauri destituere (46) nimis.  
 Pravidae præda hujuscem inter fore matrem  
 Adfirmant, cunctas exuviasque domus:  
 Hostibus egressis protugis sua visere tecta  
 Certat, & ad notos quisque redire lares,  
 Datus ut agnovit propriam matremq; domumq;  
 Direptam, varium peccore verat onus.  
 Proflus equū phaleris ornans, se nec minus armis  
 Conjunctis fociis adparat ire sequax.  
 Forte fuit Castrum vallo seu marmore firmum,  
 Quo reduces Mauri cum spolis remeant.  
 Huc celer & socii Datus, cunctusque populus  
 Certat, & coēunt, frangere claustra parant.  
 At velut accipiter pennis per nubila lapsus  
 Ungue rapit volucrem, notaq; ad antra fugit:  
 At sociæ crociant, raucafque per æthera voces  
 Nequidquam recinunt, atq; lequuntur avem.  
 Ipse sedens tuts, prædam stringit feritque,  
 Versat & in partes quas sibi cūmque placet.  
 Non aliter Mauri vallo prædaque potiti,  
 Dati bella timent, spicula, five minas.  
 Tum juvenem muri quidam compellat ab arce,  
 Voce cachinnosa dicta nefanda dabat.  
 Date sagax, nostras modò quæ res vexit ad arcus  
 Te, fociisque tuos, dicitu namque precor.  
 Si modò, quo residet, tali pro munere nobis  
 Dedere mavis equum, quo phaleratus abis.  
 Nunc tibi mater eat sposes, seu cetera præda,  
 Sin autem, ante oculos funera matris habes.  
 Reddit oria sibi Datus non digna relatu:  
 Funera matris age: nec mihi cura satis.  
 Nam quem poscis equum, non umquam de-  
 dere dignor:  
 Improbe, haud equidem ad tua freна decet.  
 Nec mora: crudelis matrem consitit in arce,  
 Et nato coram dilaceravit eam.  
 Namque serunt, ferro primò secuisse papillas,  
 Et capite absciso, heu (47) tua mater, ait.  
 Frender enim infelix Datus pro funere matris,  
 Nunc huc nunc illuc fluctuat atque gemit.  
 Nec patet illi aditus, nec vim, qua vindicet artus  
 Matris, habet; tristis, mente carensque fugit.

- (44) Ideft Saracenis, qui Aquitaniam crebris incur-  
 fionibus affligebant.  
 (45) Sive Rubenicum, nunc la Rovergue.  
 (46) Pro vassavere, ingenti præda abducta.  
 (47) An potius: en tua mater, ait?  
 (48) Ideft Barcinonensis.  
 (49) Eginhardus in annalibus ad annum Christi 801.  
 haec scribit: *Ipsa aestate capta est Barcinona  
 Civitas in Hispania, jam kiennio obessa.* Ergo  
 coepit obsecro anno 799. Paria legas in Annal.  
 Fuldenſ, Bertinianis, ac Loifelianis.  
 (50) In Vita Ludovici Pii a synchroño Auctore  
 Astronomo scripta ad annum 808. hac verba  
 occurunt: *Ludovicus Rex per semetipsum Tor-  
 tosam repetere statuit babens secum Heriberto,  
 Luitardum Ifembardum, validumque  
 Francie supplementum.* Eundem esse, qui  
 heic Heripretb pro Heripertb appellatur, nemo  
 incias erit. Circiter ea tempora vixit Heve-  
 bertus Comes Vivariensis, ab isto fortasse di-  
 versus.  
 (51) Qui, ut nuper vidimus, ex Vita Ludovici Pii,  
 ipſi Regi Tortosam versus comes fuit. Antea  
 vero quam Barcino ditionem faceret, teste  
 ejusdem Vitæ Auctore, *Ludovicus Rex coacto  
 populo Regni sui Tolofae de bis, que agenda  
 videbantur, tractans deliberabat. Burgundione  
 namque mortuo, Comitatus ejus Fedentiacus  
 Luitardo est attributus.*  
 (52) Quem supra vidimus prie aliis Ludovico Pio  
 carum, ac deinde constitutum Comitem Pa-  
 risiensem.  
 (53) Uti Eginhardus in Vita Caroli Magni auctor

A Omnibus amissis summis melioribus armis,  
 Incola mox eremi coepit inesse pius.  
 Durior ut quandam fuerat ferus in nece matris,  
 Firmior hinc remeat ad juga, Christe, tua.  
 Tempore nam multo hæc secum solus agebat  
 Hic, quia mundanum temerat omne nefas.  
 Hæc dum fama pii Regis pervenit ad aures,  
 Mox Domini famulum ad suæ tecta vocat.  
 Namque diem totum parili sermone trahebant  
 Rex, famulusque Dei, religione pares.  
 Tum Rex & Datus primò fundamina Concis  
 Infugit, Monachis castra futura parant.  
 Nuper quo valido recubabant agmine belvæ,  
 Redditur inde Deo nunc quoque grata fegeſ.  
 Interæ Regis proceres, populique phalanges  
 Dudum commoniti, jussa libenter agunt.  
 Undique convenienti Francorum more catervæ,  
 Atque Urbis (48) muros denfa corona tenet.  
 Convenit ante omnes Carolo satus agmine  
 pulcro:  
 Urbis ad exitium congregat (49) ille duces.  
 Parte sua Princeps Vilhelm tentoria figit,  
 Heripretb (50), Liuthard (51), Bigoque  
 (52), five Bero (53),  
 Santio (54), Libulfus (55), Hiltibret (56),  
 atque Hisimbard (57),  
 Sive ali plures, quos recitare mora est.  
 Cetera per campos itabulat diffusa juventus,  
 Francus, Waico, Getha, five Aquitana  
 cohors.  
 It fragor ad cœlum, resonat clangoribus æther;  
 Clamor in urbe, pavor, fletus & omnis adest.  
 Hæc quoque dum geritur, reduces fert Helspe-  
 rus umbras,  
 Barchinona, tuas possidet hostis opes.  
 Lucida namq; homines ut primū aurora revisit,  
 Commoniti Comites Regia teſta petunt;  
 Ordine quisque suo prorius residuntque per  
 herbam,  
 Auribus adtentis Regia dicta rogant.  
 Tum soboles Caroli sapienti hæc edidit ore:  
 Accipite hoc animis consilium, Proceres.  
 Si gens ita Deum coleret, Christoque placaret,  
 Baptismique foret unguine tincta sacri,  
 Pax firmandæ effet nobis, pax atque tenenda,  
 Conjungi ut possit religione Deo.  
 Nunc

Egit, inter ceteros, qui postremis tabulis in-  
 clyti hujus Imperatoris subscrifere, fuit  
 Bero Comes. Post captam quoque Barchinonam,  
 in Vita Ludovici Pii dicitur, *Bera Co-  
 mes ibidem ad custodiam relitus.* Et ille qui-  
 dem primus Barcinonensis Comes creatus, uti  
 jam animadvertit Petrus de Marca Lib. 3,  
 Cap. 17. Marcae Hispanicae, & infra confir-  
 mabitur Lib. 3. Poematis hujus, ubi de ipso  
 sermo recurret. Baluzius Tom. 2. Capitularium  
 pag. 1490. Judicium profert habitum  
 anno 869. in quo nominatur hic idem *Bera*  
*Comes*, jam diu vita functus, & *Rorridus*  
*ejus filia*.  
 (54) Cuius supra facta est mentio. Is erat *Vivacioniae*  
*Princeps*.  
 (55) Nullum hujus mihi vestigium apud veteres  
 occurrit, nisi quod in Annalib. Benedictin. ad  
 annum 828. Mabillonius memorat *Leylulfum*  
 quemdam illustrem virum, beneficium in Mo-  
 nachos Lirinenses, cui nihil rei cum isto *Li-*  
*bulfo* fortasse fuit.  
 (56) Pro *Hiltiberto*, ut infra, five *Hildiberto*, quem  
 Comitem fuisse censeo.  
 (57) Uti supra vidimus ex Vita Ludovici Pii,  
 idem Augustus anno 808, secum Tortosam  
 duxit *Heribertum*, *Luitardum*, *Ifembardum*.  
 Atque antea anno 806. *Ifembardum*, *Hade-*  
*marum*, *Beran*, *Burrellum* cum reliquis ad-  
 versus Saracenos direxit. Et hunc fuisse Co-  
 mitem puto, ac fortassis patrem *Ifembardi* Co-  
 mitis, qui in Capitulari *Caroli Galvi Regis*  
 anno 853. memoratur.